



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 77. Alexander Pontificis Nuntius ad Germanos

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

## §. LXXVII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1520.*Aleander Pontificis Nuncius ad  
Germanos.*

**I**nterea Romanus Pontifex Saxonizæ E-  
lectorem, quamvis contrarium verbis Paul. Jov. in elog. c. 98.  
testatus esset, Luthero favere semper sus-  
picabatur, quapropter adversus hæreti-  
cum illum Monachum ad eundem Breve  
Apostolicum transmisit, hancque legatio-  
nem Hieronymo Aleandro credidit, at-  
que illum, ut plus auctoritatis haberet,  
Pontificii Nuncii munere auxit; Vir erat  
Aleander mira in rebus gerendis dexte-  
ritate, eruditionis laude, incredibili  
memoriæ felicitate, ac rara græci, lati-  
nique idiomatis peritia longe præstantis-  
simus, cujus nomen etiam in Galliis per-  
celebre evasit; nam illuc a Ludovico XII.  
vocatus, summoque pretio habitus, re-  
gio diplomate civitate donabatur. Jam  
tum præclara scientiæ ac prudentiæ suæ  
specimina ediderat, ubi Parisiensis Uni-  
versitatis Rector, ac Græcæ linguæ Pro-  
fessor renunciabatur, ac postea Aureliæ, Sleidan. comm. l. 12.  
Blesisque publice docebat. Hunc Pon- p. 61.  
cherus Parisiensis Episcopus ad ædes suas Pallavic. hist. Concil. Triæ. l. 1. c. 23.  
vocabat, demum vero Leodium misit ad  
Erardum a Marca ejusdem urbis Episco-  
pum, a quo Cancellarii munere, ac Ca-  
thedralis Ecclesiæ Præpositura insignie-  
batur,

M m 5

batur,

**Sæcul. XVI** batur, quocum etiam Romam petebat.  
**A. C. 1520.** Per itineris hujus opportunitatem per-  
 specta erat Leoni X. viri præstantia, qui  
 eundem frequenti colloquio honoratum  
 Romæ detinuit; unde Pontifex, cum Ale-  
 leandri merita probe explorata haberet,  
 eo neminem ad secundam demandati ne-  
 gotii executionem magis idoneum fore  
 arbitrabatur. Nec eum sua fefellit opi-  
 nio: Aleander enim summa cum laude  
 hanc legationem obibat, tam morum sua-  
 vitate, quam doctrina orisque facundia  
 ubique commendatus.

## §. LXXVIII.

*Breve Apostolicum Saxonice Electori  
 ab Aleandro traditum.*

Hujus duntaxat itineris socium habe-  
 bat Aleander Marinum Caraccio-  
 lum, qui Pontificis nuncius erat ad Ca-  
 rolum V. Imperatorem; ambo igitur Co-  
 loniam, ubi tum Saxonie Elector agebat,  
 contendunt, ubi quoque sat benevole ex-  
 cipiuntur, habitaque frequenti consul-  
 tatione Electori Breve Apostolicum por-  
 rigunt; his Literis summus Pontifex E-  
 lectorem de Constitutione adversus Lu-  
 therum nuper promulgata certiozem red-  
 debat, rogabatque, ut hanc legem in to-  
 ta ditione sua executioni mandari cura-  
 ret, huncque Religiosum vel ad errores  
 suos

*Ulemburg  
 in vita Luth.*